



**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI  
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne  
Petro Maffeo, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex  
auctoritate superiorum.||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Köln, 1585**

**VD16 M 110**

Romam Patres vniuersi conueniunt: vetere plebis erudiendæ morem, & frequente[m] vsum Comfeßoonis, & Eucharistiæ restituumt. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

uersæ concionator egregius hand in-  
diocriter profuit. Hoc igitur auctus cō-  
militone Romā Ignatius reuertit : ad  
quem deinceps aliquot etiam alij reb⁹  
gerendis idonei diuino impulsu pau-  
cis diebus adiuncti sunt.

*Romam Patres vniuersi conueniunt: vete-  
rem plebis erudiende morem, & frequen-  
tem usum Confessionis & Eu-  
charistiae restituunt.*

*Cap. VII.*

**Q**VAE dum ardens Christi amore  
diligenter agit Ignatius, interim  
Patres ceteri sua quisque prouincia be-  
ne gesta, Romam (vti decreuerant) cir-  
ca medium Quadragesimā conuenere  
Is fuit annus post Christum natum M.  
D . X X X V I I I . Testo recepti sunt à  
Quirino Guarzonio ciue Romano, ad  
villam Minimorum fratrū cœnobio  
proximam. Ibi in summa omnes ege-  
state precariò vicitantes, communī  
consilio ad rem Christianam pro viri-  
bus adiuuandam aggressi, permissoq;  
Antistitum varia Vrbis templa sortiti,  
concionibus primum ciuitatem ad o-

mne

mne officium atque virtutem vehemē  
ter accendere; deinde etiam veteri. Ec-  
clesiæ instituto plebem puerosq; Chri-  
stiana catechesi (quæ iamdiu obsoleue-  
rat) vicatim erudire institerunt. Ac li-  
cet pijs eorum studijs dæmon omni co-  
natū se oppōneret; tamen partim exē-  
plō vitæ , partim assiduitate diceñdi  
hortandiisque, cum alia multa propedi-  
em assecuti sunt, tum vero præcipue,  
vt sacræ Cōfessionis & Eucharistiæ fre-  
quens usus ( quo nihil est humano ge-  
nери salutarius ) diaboli fraude iampri-  
dem extinctus, magno vtique Christi-  
anæ Reip. commodo in principe magi-  
straquæ orbis terrarum Ecclesia reuiui  
sceret. ex quo deinde paulatim effectū  
est, ijsdem scilicet adiutoribus, non so-  
lum vt in Italia, Gallia, Hispania, cæte-  
risque Catholicis Europæ regionibus,  
verum etiam vt in ipsa India, atq; ade-  
eo in vltimis terris, vbi paulo ante fe-  
rales dæmonū dapes, & nefaria sacra vi-  
guerant, iā nunc, ingenti bonorū gau-  
dio, per pœnitentiæ sacramentum fre-  
quenter elutis animi sordibus, diuinā  
passim conuiuia celebrentur.

Falsis